

Illustriss. & Excell. Dño
DON FRANCISCO
DE CASTRO
COMITI DE CASTRO,
DVCI TAVRISANI,

Et pro Rege Catholico apud sum-
mum Pontificem Oratori.



Prosper Aldorius. S. & P. F.


ACHINNABITVR.
quispiam Gelot-
scopiam , re-
centem nimi-
rum pubescen-
tis adhuc inge-
nij fetum pri-
mario , tum nobilitate , tum sa-
A 2 pien-



pientia, cum munere Viro patro-
cinaente in lucem prodire. Quid
enim (togabit is) cachinno cum
grauitate? Quid cum severitate
leuitati? Verum non longe aber-
rassit me a scopo crediderim. De
cachinnamento quidem, sed noua
trado, noua ite arte, noua metho-
do, noua doctrina, & si non in Mi-
nertia palestra, in theatro tamen
famæ nouus omnino. Nouus igitur
querendus erat tutor: Is statim
præmanibus, idemq. subito oculis
obuius, ne dum menti; Nouum
scilicet orbis Hispanici iubar Ro-
manum cœlum noua luce perfun-
dens iam in auge. Faueas igitur
preclarissimum Hiberi illius poli
sydus, cui nec in nocte Sol occi-
dit, faueas inquam sereno vultu,
faueas luce, radijsq. partum hunc
et solo iandudum tibi pluribus ti-
mori. A tulis

tulis sacro succresce: item ; Erit enim orbi in delicijs, si in tuæ benignitatis luce delicietur . Hoc certum meis votis, deuouet enim fidem lux illa e te promicans, quæ Hiberos, quæ Italos, quæ orbem illustrat vniuersum. Accipe fronte hylari , suscipe benignis manibus, serua humanissimo pectore: Meum interim erit summum obsecrare Numen , vt te diu familiæ tuæ , Regi , Vrbi , Orbi seruet incolumem.

Neapoli Kal. Nouembris 1611.

PROSPERI ALDORISII

P A R S P R I M A.



AT V.R.A cùm principium motus à philosophantibus existimetur, arbitrandum ex ipso motu, quænam, & qualis sit agnosciri posse, eaque cognita ex peculiari motu peculiarem naturam argui. Patet autem particularem naturam particularis motus esse principium; quia Natura motus principium idcirco alicius hominis naturam indagando ad ipsius peculiarem aliquem motum configere necesse est. Inter motus verò hominum; cum non minimum locum cachinandi motus obtineat, alienum à ratione philosophantibus videri non debet, si ex diuerso, & peculiari

B ho-

2

homínū cachinamento cōrūm diuersas,
& peculiareſ audēo naturas inquireſe , itā-
vt de cachinamento, vt naturę cachinantis
conſignificatore trāctem . Quā de re ca-
chinamenti , & talis cachinamenti caufas
mihi liceat perſcrutari . At primū non
talis cachinamenti . innata enim eſt ex no-
tioribus nobis via, & manifestioribus ad ea,
quæ manifestiora naturæ , & notiora.

Quoniam verò materialis cauſa illa di-
citur , ex qua fit aliquid ; materialis cachi-
^{6. in acto}namenti cauſa non viſi commiſſio talis vo-
eis , talisq. ſoni existimetur : patebit enim
inferius cachinamentum ex huiusmodi cō-
miſſione confici . Quod ſi materialis cauſa
hæc ; efficiens non niſi pars aliqua cor-
poris calidiffima erit , conſtat enim motu
ſormari vocem , & ſonum , idcirco maxi-
me metu , atque adeò vehementi vtrumq.
ſimul confici diudicandum ; efficiens au-
tem motus cauſa calor , quare vehementia
motus calor vehemens . Hinc ſolus cachin-
natur homo , quia calidiffimum omnium
animal : qua propter non ſolidarum par-
tium calor efficiens cachinamenti cauſa
iudi-

indicetur, neque humorum, ille enim paucis, hic verò mediocris est; idoq. spirituum vehemens calor efficiens censendus erit. Amplius autem multorum spirituum calor, ex paucis enim spiritibus non vehemens calidum oritur; quare neque motus vehemens, cachinnamentum verò vehementissimo motu, à quo simul vox, & sonus fit, absoluatur. Rursus quoniam fit multorum spirituum vnione caloris acceptio, ideo calor etiam multiplicatio, eiusdemq. multiplicatione multiplicatur motus, & vehementior etiam calor, ac motus redditur: neque igitur multorum spirituum calor, ipse verò talis alteratæ multorum spirituum vniuersitatis efficiens indicetur. Accenduntur porrò, & alterantur spiritus, vel quia eorum vno aliqua ex admiratione oritur: tunc enim spiritus, qui rerum intellectuē præbent, ob alicuius rei nouitatem, quam perceptu difficultem habent, vniuntur; ita ipsorum virium vno fit, & id perceptu facile redditur. Vel quia ex loci spirituum minere proximi titillatione sanguis, & spiritus aliqui agitantur, qui mine-

B 2 ram,

4

ram, vel vniōnē aliquāt̄ ipso rūm̄ excitāt̄. Quā propter id p̄r̄cipuē ex titillatōne circum axillas euenit, quia in cor-
dis sinistro ventriculo spirituum minera-
m̄ est, quē accendit̄ur exīta ad spiritus
maxillarūm. Amplius autē ex pedum,
& ventris titillatione, ibi enim ob inces-
sum spirituum residet copia, hic splen, vbi
minera spirituum est locum habet: rursus
ex vēntris titillatione; agitatur enim tunc
septum transuersūm, quod spirituum mi-
nerām, vel copiam aliquam excitat, faci-
lior verò redditur hæc vniōnis mineræ spi-
rituum excitatio à titillantis agitatione ob-
cutis tenuitatēm: quo circa ex titillatio-
ne, quæ sit cūr̄cum axillas, & in planta pe-
dis, vel manus facilius spirituum copia ex-
citatur: in his enim locis cutis tenuior est,
& magis referata poris, p̄ster spirituum
ibi residentium copiam. Vno verò spi-
rituum, cūm cachinham̄ in corde alte-
ratur; cor enim calidissimum est, qua pro-
ter nonnisi cōr vniōnē ipsam spirituum
alterare ita poterit, vt postmodum cachin-
namentum oriatur; quod etiam demon-
strari

strari potest, si caussam mortis risu compa-
 ctę ab Apio Sardonino indagabimus. Id quidem accidit, quoniam vitalis virtus
 cordis malefica qualitate Apij tunc affi-
 citur, vnde spiritus ad cor opem præben-
 do concurrunt, atque virtus eadem ut
 roboretur spiritus simul congregat: qua-
 de re os aperiendo labiorum limites exten-
 sorgenis coniungimus, ita enim sanguinis,
 & spirituum unio sit, indēq. vitalis virtus
 corroboratur. Cachinnamentum autem,
 cum nō nisi post risum absoluatur, id enim
 absque risus præcessu fieri nequit, ra-
 tioni consonum est, hoc etiam ex tali alte-
 rata unione spirituum in corde oriri.
 Nec mirum, si lux, cum cachinnarur, in
 oculis maior insit; etenim sunt hi fenestræ
 cordis, in quo, cum vehemens calidum tūc
 resideat, ex eo maximam lucem enasci, in-
 dēq. per oculos patefieri arbitrandum.
 Quod si unionem aliquam in cerebro ob-
 admirationem cachinnamentum subsequatur,
 evenit tamen, quoniam spiritus admir-
 atioiem constituentes congregati, cordis
 sinistri ventriculi mineram tunc excitant.

Mor.

9

Mortem porrò, quæ cachinnando accidere solet, & si pro comprobatione disgregatio-
nis spirituum afferant, qui eorum dilata-
tionem cachinnamenti causam arbitratur:
attamen contrarij demonstratio erit; Na-
tura enim, quæ principium motus est, ob
motus oblectamen, motu perpetuari eu-
piens, vnumquemque calorem spirituum
partium solidarum, & humorum, tunc
absque dubio colligit, cùm plurimū ca-
chinnatur aliquis, qua propter tunc ratio-
nabile est eum emori, quoniam humo-
res nutritre desinunt, & partes à calido
derelictæ substentari non possunt, spiritus
verò paulatim consumuntur. Cæterū
cùm alteratur minera in corde, siue copia
spirituum, vel ipsorum vnio aliqua fit, tūc
maxima aspiratione, ac inspiratione nos in-
digere censendum; ideircò enim à natura
constitutus est pulmo, ut eius inspiratione,
nouique aeris adeptione refrigeretur cor,
alioquin sui proprij caloris nimia compres-
sione suffocaretur; constat enim ideo pul-
mone carere pisces, qui frigidissimi sunt,
quia corde primitur. Amplius, quia cali-
dum

dum circa cor motu proximiores, ac mobiliores partes agitat magis mouet agitando pulmonem, quam aliquid aliud: pulmo enim mobilior corde, ac hepate, eiusq. calida cæteris partibus proximior, quare cum ealidum pulsionis, ac tractionis motu fruatur, pulmonem mouendo, ipsum vel semper trahere, vel semper pellere, haud potens, eundem trahendo, & pellendo mouet, at dum trahitur ipse, vel pellitur aërem suscepit, indeque extra mittit. Quapropter expiramus, ac inspiramus vehementer cum cachinnamur, tunc enim ingens calidum circa cor, maximè pulsionis, ac tractionis causa est; quoniam autem vehementer aerem trahimus, & pellimus cum cachinnamur, quia dilatatur vehementer pulmo, & restringitur in se; aerem per asperam arteriam inspiratum, cum ad laryngem accedit, ita epiglottide percuti probabile ducimus, ut strepitorum quendam efformet; hęc enim ut aperiatur, & claudatur in tractione aeris, & pulsione à natura constituta est; quare quoniā in cachinnamento vehementer tratio aeris est, hęc vehementer clauditur simili.

3

aniliter quia tunc vehemens aeris pulsio
fit, vehementer aperitur: manifestum au-
tem esse sonum aeris percussione inter duo
corpora. Cæterum verò aer hic per la-
tingem angustiorem redditam transiens,
ac vehementer expulsus, ita columbellam
ferit, vt vocem efformet: quod quomodo
possit esse, alibi ostendemus.

Sit igitur cachinnamentum ex commi-
xtione talis vocis, talisq. soni.

Causa verò formalis adæquata, est talis
combinatio talis vocis, talisq. soni, ita enim
differet cachinnamentum à vociferatione,
in quo etiam sonus aliquis est; verùm val-
dè diminutus, qua de re imperfectissimus:
in cachinnamento autem aliquo, etsi dimi-
nitus sit sonus, non tamen adeo diminu-
tus, vt imperfectissimus iudicetur. Diffe-
ret etiam à syllabicari non solum quia hoc
ex differenti sono consonantia dicto absol-
nitur, sed quia differens est in hoc vocis,
& soni combinatio ab ea, ex qua fit cachin-
nementum, in hoc enim adæquata est vo-
cis, & soni combinatio; cùm enim cachin-
namur, proximè combinatur sonus cum
voce;

vōce ; in syllabicārī vērō minimē : Cachinnamentū igitur ex combinatione talis vocis; talisq. soni à tali calido , talis alteratē vñionis multorum spirituum: qua propter cachinnamenti hæc erit definitio .

Cachinnamentum est talis , & adæqua-
sa combinatio, talis vocis, talisq. soni.




C PRO-

10

P R O S P E R I A L D O R I S I I

T R A T I O N E S .

P A R S . S E C U N D A .



IS itaq. cachinnamenti caussis constitutis , differentias nunc cachinna- menti statuere conuenit, indèq. harum caussas , & principia. Est verò pri- mūm cachinnamentū triplex, aliud enim quod ex combinatione minus perfectæ vocis , & minus imperfecti soni constat, aliud quod ex imperfectæ vocis , & perfecti soni combinatione conficitur ; aliud , quod ex combinatione perfectæ vocis , & imperfecti soni, dicimus autem eam vocem , vel so- num imperfectum , qui diminutus est . Cùm verò tertium cachinnamentum ex perfecta , & absoluta voce , & completa constituatur, quinque modis erit, sunt enim

vo-

37

voes non nisi quinque: quare comperietur
cachinnamentum ex A. ex E. ex I. ex O.
ex V. quæ ad differentiam alterius cachin-
namenti cachinos appellamus. Secun-
dum cachinnamentum, quod minus per-
fecta voce, & absoluta, ita ut incom-
pleta constat; hic tertio valde simile erit,
ijsdem enim vocibus non nisi diminutis, &
incompletis absolvitur; quapropter, media
voes sint, & hoc cachinnamētum, medius,
vel incompletus cachinnus nuncupetur;
quem de facili percipies, & cognosces, si
proximè aliquam harum vocem cum K.
coniuges: indeq. vel Ka, vel Ke, Ki, Ko,
Ku in gutture commiscendo formabis:
qua de re ob similitudinem, quam cum ca-
chinno habet, cachinnizum appellamus;
qui tot erit modis, quot cachinnamentum
tertium; quare tot erunt cachinnizi, quot
cachinni. Cachinni verò quinq; cùm sint,
quinque etiam modis cachinnizos esse op-
inamur. Erit igitur cachinnizus ex A. ex
E. ex I. ex O. ex V. Rursus ij quoniam
simplici aliqua harum voce fiunt, simplices
cachinnizi dicuntur; compositos ideo eos

C 2 ca-

cachinnizos dicemus, qui ex media quadam voce nimirum inter A. & E. componuntur; & hos non nisi decem esse arbitramur; harum enim quinque vocum non nisi decem sunt cōbinationes, nempē ex A. & E. ex A. & I. ex A. & O. ex A. & V. ex E. & O. ex E. & I. ex E. & V. ex O. & I. ex O. & V. ex I. & E. ex qualitate verūm combinationis alia cachinnizi differentiæ emanant quæ parum ad nos. Alterum tandem cachinnamentum est, quod ex cōmuni quadam voce magis imperfecta his hæc cachinnamenta constituentibus absolvitur; idq. ex voce cachinnizi imperfectiori, lentçq. tussi consimile cachinnationem nuncupamus.

Ceterūm cùm vehementissimus motus sit cachinnamentum; efficitur quod pulmo tractioni, & pulsioni aeris vehementissimus sit; quapropter laryngem vehementer clausum strepitum quandam efformare necesse est, qui cùm vocibus his consonabit; quare meritò consonantia dicetur: manifestum non solùm A. E. I. O. V. in cachinnamentis nos vti, sed aliquo alio;

nam-

namque hæc actio non cachinnamentum es-
ser, at potius A. E. I. O. V. prolatio
Qua de re præter voces, aliquid aliud ex-
e cogitandum est, quod his vocibus as-
societur. Hoc autem non nisi sonus sit
laryngis, qui idcirco consonantia nuncu-
pabitur; cuius differentiæ erunt grauitas,
leuitas, asperitas, & lenitas, & harum com-
binationes, quoniam hæc sonorum differen-
tiæ; idcirco grauis aspera consonantia re-
perietur in cachinnamento, & grauis, lenis,
& grauis aspera, & leuis lenis, & leuis aspe-
ra: grauis autem, & leuis consonantia ne-
quaquam: similiter, & aspera lenis conso-
nantia, nisi simul, & aspera, & lenis sit, si-
militer etiam grauis, & lenis. Qua de re
duæ sint consonantiæ, & non vna; negat
enim grauitas leuitatem, ac etiam asperitas
lenitatem. Quatuor igitur erunt conso-
nantiæ, & vnaqueque cachinnamenti vox
quatuor sonis constare poterit, itavt vna-
quçque. cachinnamenti vox quadruplex sit.

Rursus differunt etiam hæc voces, quo-
niam magis, & minus suscipiunt, non ut
A. E. I. O. V. sunt, cum maius A. E. I. O. V.
alte-

altero A.E.I.O.V. non detur, sed ut tenuitatem, claritatem, vel aliquid aliud obtinet, ita ut tenuiores, clarioresq. alijs reddantur. Diminutiones vero sicut, & augmentationes harum vocum terminum quendam habent, ultra quem non tam diminutio, quam ablato voci sit: diminutionis autem vocum terminus, seu meta est H.

Amplius differens est cachinnamentum, quia differentibus actionibus associatur: comitatur enim aliquando tussi, vel laerynationibus, oscitatione, vel saltationibus, aut sternutamentis; quapropter si cachinnamentum his actionibus sociatur cachinnationem, cachinos, & cachinnizos his etiam actionibus concomitari necesse erit: hinc cachinnatio, & singuli cachinni, & cachinnizi multiplices erunt, alij enim, qui tussi; alij, qui sternutamentis; alij, qui oscitationibus, & quia saltationibus, vel laerynationibus alij; alij vero, qui partim ad his actionibus; alij, qui omnibus his concomitantur.


Difserit tandem cachinnamentum unum ab

ab alio ob celeritatem, vel tarditatem cachinnandi, quare aliud tardum, aliudq. celer, aliud magis tardum, magisq. aliud celer cachinnamentum constituatur: simili-
ter sit ut **cachinnatio**, **cachinnus**, & **cachinnizus** tarditatis, aut celeritatis ijsdem finibus ineludatur. Est verò hæc celeritatis, & tarditatis differentia in duobus temporumspatijs in uno, in quo cachinnamentū aliquod absoluuntur; in altero, in quo vnum cachinnamentum siue eiusdem, siue diuersi generis sit aliud subiequitur cachinnamentum.

Amplius harum differentiarum ordine quodam multiplex est cachinnamentum, itavt diuersum sit principium cachinnamenti à fine, & à medio eiusdem: quare diuersum cachinnandi, cachinnizandi principium à medio, & à fine, & diuersa sit consonantia in principio cachinnandi quomodolibet; ac etiam cachinnizandi, & cachinnationis diuersa in medio, diuersaque in fine. Ceterum ut tarditatis, & celeritatis consonantiarum actionum concomitantium differentia alia sit in principio ca-

chin-

chinnandi quomodo cunque e' chinnanzi-
di , & cachinnationis, altera in medio, alte-
ra in fine , & similiter.



PRO

PROSPERI ALDORISII

Γενετοσκοπίας.

P A R S T E R T I A.

VN C autem harum differentiarum caussas indagemus. Est Primò cachinnamentū triplex, quia triplex aeris à pulmone pulsio; maxima scilicet, mediocris, & minima; quare differt cachinnari cachinno, à cachinnari cachinnizo, & hoc à cachinnari cachinnatione, quoniam primū maxima aeris pulsione conficitur. Secundum mediocri. Tertium minima pulsione absoluitur; hoc autem manifestum est quoniam cachinni aeris terminatio longius se protendit, quam cachinnizi aeris terminatio, & hæc magis cachinnationis

D

tionis

tionis terminatione . Videtur enim cachinnationis aer in gutture terminari ; aer verò cachinnizi in principio palati , & propè guttur ; ipse demum cachinni in palato terminari videtur . Rursum aeris pulsio , quia non solum diminuta , sed depravata à nobis dijudicatur ; quoniam aliquando recta , & aliquando curva est ; mittitur enim aliquando sursum aer , aliquando minus sursum , quare deorsum mitti dicetur : idcirco voces , quæ plurimum inter se differre videntur , alias motu sursum siue recto ; alias motu obliquo , vel minus sursum , quæ deorsum motum nomino , absoluuntur . Quæ verò aeris motu sursum cōfici videntur , sunt A. I. O ; quæ motu , quem deorsum nomino , E. & V. hoc manifestum quia submissus est sonus E. & V. elevatus porro A. I. & O . Quoniam verò expulsus à pulmone aer omnis , mediante quo vniuersusque cachinnus absolvitur , obuiam it columellæ ; rationi consonum est eum aereum , qui cum maiori impetu , & vehementer ei occurrit refrangi , ac si retrocederet : contra , qui minus vehementer mittitur

eur per ea spacia gutturis, quæ columella non operit libertè pertransire. Quapropter ex loco, quo aer ille cachinni terminatur, qui vocē format, quæ maior sit pulsio, vel minor aeris ipsius cachinni colligetur. Nam si in principio palati aer ipse vocem formando ex qua fit cachinnus aliquis, terminatur, maximę pulsionis ipsius demonstratio erit: minoris autem pulsionis eius aeris, qui iuxta medium palati terminatur, minimè pulsionis eius, qui in medio palati. Ideò quoniam in principio palati, & maximè intra eum terminatur, & conficitur A. maxima aeris pulsione constituetur A. quare cachinnus ex A. At O. quia iuxta medium palati conficitur terminando à maiori aeris pulsione componetur O. quare cachinnus ex O. I. postea quoniam in medio palati terminatione aeris ipsius conficitur à minima aeris pulsione I. formabitur, quare cachinnus ex I. Similiter idem de pulsionibus aeris obliquis, ex quibus cachinnus ex E. & ex V. componitur determinandum videtur. Aer namq. E. quia magis intra palatum, quam aer V. termi-

D a n-

bando absoluuntur ; imò quoniam V. aer in dentibus finitur , à maiori aeris pulsione cōstituetur E. minori verò V. Quapropter à maiori aeris pulsione cachinnus ex E. maiori verò cachinnus ex V. Rursus quia magis eleuatus est sonus I. quām O. vel A. à maiori recta aeris pulsione constituetur I. minori O. minima autem A. Id circò à maiori etiam recta aeris pulsione cachinnus ex I. minori verò cachinnus ex O. minima autem cachinnus ex A. Similiter etiam , quia magis submissus est aeris sonus V. quām E. pulsio aeris V. magis curua erit , quām pulsio aeris E. Quapropter à maiori curua aeris pulsione constituetur cachinnus ex V. minori verò cachinnus ex E. Amplius differunt voces hæ . quia aliæ arteriæ asperæ , & laryngis expansione absoluuntur ; aliæ horum constrictione : videtur enim A. expansione arteriæ , ac laryngis absolui , quia proprie lata vox est A. V. expansione etiam arteriæ , & laryngis confici videtur ; quoniam lata vox est V. Contra verò I. maximè horum constrictione absolui constat ; quia ma-

maxime stricta vox est I. Accedit E. quod non tam stricta vox est, ac ideo horum minori constrictione absolui videtur; Sequitur O. quod quoniam E. minus stricta vox est, minima arterie, & laryngis constrictione conficitur. Igitur cachinnus ex A. expansione arteriae, ac laryngis absoluatur; similiter etiam cachinnus ex V. Contra vero cachinnus ex I. maxima laryngis, ac arteriae constrictione, minori vero cachinnus ex E. minima autem harum cachinnus ex O. Cum vero plus ultra in vocibus his accidet, arteriam, vel laryngem expandi, vel constringi tunc voces hæc magis, & minus suscipient; quare cachinni ex his vocibus; expansio enim arteriae vocei E. efficit ut E. clarior vox reddatur. Similiter idem de aeris pulsionibus dicendum, tunc enim haec voces maiorem, vel minorem aeris pulsionem, vel rectam, vel curuam suscipient, cum ex maiori, vel minori, vel recta, vel curua aeris pulsione accidet eas constitui.

Hæc vero, quæ de cachinni vocibus dicta sunt, de vocibus etiam cachinnizi dicipol-

possunt; cachinnizus enim ex A. maxima aeris pulsione, ac etiam minima recta eiusdem pulsione cum expansione arteriæ, ac laryngis constituetur, attamen diminutæ; Similiter autem de cachinnizo ex E. ex I. ex O. ex V. determinandum videtur. Hi enim à cachinnis ex E. ex I. ex O. ex V. non qualitate, sed quantitate qualitatum hos constituentium differunt: rursus mixti etiam cachinnizi non nisi ex mixtis his caussis, quæ simplices cachinnizos componunt, absolui poterunt; quare cachinaizus ex A. & ex E. ex caussis constitutis cachinnizum ex A. & cachinnizum ex E. componetur: ideoq. maxima, & recta aeris pulsione, & expansione arteriæ, ac laryngis, & ambarum constrictione, ac etiam maiori curua aeris pulsione respectu cachinnizi ex V. cachinnizus ex A. & ex E. conficietur: similiter & de alijs dicendum est. Non autem ex caussis his vniatis, sed mixtis, & refractis, ita ut cachinnizus ex A. & ex E. non curua, nec recta aeris pulsione componatur: Pariter non simpliciter ex constrictione, vel

ex-

expansione arteriæ, vel laryngis, sed ex media quadam harum dispositione. Quapropter cachinnizus ex A. & ex E. ea arteriæ constrictione; qua cachinnizus ex O. constituitur componetur, & similiter.

Præterea quoniam cachinnamenti consonantia est ex apertione, & occluſione totius laryngis, grauis erit aliquando eius consonantia, quia laryngis corpus aliquando durum est. Manifestum enim omnia corpora, que simpliciter dura, densaque sunt grauem habere sonum; contra leuis redditur aliquando laryngis consonantia, quia rarum, & molle aliquando corpus est: patet etiam rara, & mollia corpora leuem redere sonum. Amplius aspera consonantia à larynge fit, quia laryngis corpus aridum est; arida namque corpora asperos habent sonos; contra lenis interdum fit consonantia, quia laryngis corpus fluidum est; cum fluida corpora inter se collisa, lenem reddant sonum. Quapropter grauem lenem consonantiam à duro, fluidaque larynge originem ducere opinamur; & grauem, asperam consonantiam à duro, aridoque larynge.

rynge: similiter leuem, lenem consonatiam à fluido , molliq. corpore laryngis , & leuem asperam à molli, aridoq. laryngis corpore.

Ceterum autem saltationes ex partibus corporis leuioribus orientur ; hæc enim ob quantitatem, vel qualitatem leuiores alijs facile à spiritibus eleuantur.

Quoniam etiam ex alterata vnione spirituum circa cor,in aliquibus partibus corporis vaporum copia progignitur , indeque aeris, qui in aliquibus partibus inclusus , tandem aliqua emittitur ; ideo oscitatio ab aliquibus corporibus, quæ plurimum aeris habent , cachinnamento coniungitur.

Interdum verò quoniam ex alterata vnione spirituum circa cor,densus , & nubilosus crassusq. aer generatur (diuersæ enim sunt partium qualitates à quibus separatur,& varia est spirituum alteratio cum diuersa sit vnio,) & hic alas pulmonis afficit, hioc pulmo, vehementi spiritu eū expellendo ita agitat laryngem , vt assiduo efficiat strepitum,indeq. tussis expullulet, sequitur ideo tuissim cachinnamento interdum associari.

Am-

Amplius quoniam aer secundum partium corporis qualitates , vel secundum vim alteratæ vñionis spirituum, non solum terreus aliquando : verum aqueus interdum redditur; concomitatur etiam aliquando cachinnamentum lacrymarum effusio : hic enim vapor caloris ope , cum cachinnamur, per oculos transfunditur.


Rursus autem cum ex qualitate alteratae vñionis spirituum circa cor , parum calefit cerebrum, hinc fit , ut cerebri terreæ aliquæ partes non consumantur, ~~neque~~ eas ab expultrice facultate cerebri sternumentis expelli necesse sit ; ~~quod~~ sternumentum ab aliquibus corporibus cachinnamento addi solet.

Præterea celer, vel tardum redditur cachinnamentum , quoniam corporis partes, quæ ad eius constitutionem concurrunt, aliæ crassæ , aliæ tenues sunt ; constat enim tenue corpus ad motum celer esse, quia leue ; contra crassum , quoniā graue ad motum tardum esse; quapropter cachinnatio, cachinnus , & cachinnizus ab aliquibus corporibus tarda , ab alijs expedita , vel

E etiam

etiam tardiora, & celeriora reduntur; quia corporis partes sunt in aliquibus tenues, in aliquibus verò crassæ, & in aliquibus magis tenues, & magis crassæ.

Differens verò ordo cachinnamenti est, quia differentia sunt obiecta, quæ homini cachinnandi occasionem præbent; qua de re ex eachinnamenti ordine cachinnandi occasionem homini præbentem, indagari posse arbitrandum: cùm autem paucæ, & quasi nullæ sint ordinis cachinnamenti naturales, & intrinsecæ causæ, progrediendum idcirco est ad ea, quæ ad institutum nostrum prosequendum pertinent.



PRO

PROSPERI ALDORISII

Γελαστορεια.

P A R S Q U A R T A.



IS igitur veris extantibus,
argui primum posse cre-
dimus hominem , qui ca-
chinno non ex accidenti,
sed secundùm suam natu-
ram cachinnatur , calidæ
temperaturæ spirituum
magis esse, quam eum, qui cachinnizo (di-
cimus autem secundùm suam naturam ca-
chinno , vel cachinnizo eum cachinnari ,
qui sæpenumero cachinno, vel cachinnizo
vtitur , & similiter;) & rursus magis cali-
dæ temperaturæ spirituum eum , qui ca-
chinno, quam qui cachinnatione cachin-
natur . Si enim spiritus qui alas pulmonis
mouent, vt inde aerē pulmo contrahat, &
expellat calidi maximè sunt, maximæ pul-
E 2 sionis ,

sionis, & tractionis causam esse cēlendum,
 & è conuerso ; manifestum eandem pulsio-
 nem , ac tractionem à calido , quare mai-
 rem etiam pulsionem à maiori calido ema-
 nare . Amplius eos , qui cachinnis , qui
 recta aeris pulsione constituuntur , maiori
 caliditate spirituum constare ; minori ve-
 rò eos , qui cachinnis , qui curua aeris pu-
 sione conficiuntur ; imò spiritus horum ,
 qui curua aeris pulsione cachinni cachin-
 nantur , quoniam cachinnandi hic motus
 motui deorsum accedit , à frigiditate com-
 ponni dijudicabitur . Quapropter eos , qui
 cachinno ex A. cachinnantur maxima ca-
 liditate spirituum constare censemus , quia
 maxima aeris pulsione conficitur A. qua-
 re cachinnus ex A. Eos verò , qui cachin-
 no ex O. cachinnantur à maiori caliditate
 spirituum constitui , quia maiori aeris pu-
 sione componitur cachinnus ex O. Eos
 tandem , qui cachinno ex I. minima calidi-
 tate spirituum vigere credimus ; quoniam
 minima aeris pulsione fit cachinnus ex I.
 At qui cachinno ex E. præter maximam
 spirituum frigiditatem , respectu eorum , qui

ca-

Cachinnō ex V. cāchinnantur; O. maiori
 etiam caliditate spirituum constant. Hi
 verò, qui cachinno ex V. cāchinnantur
 minori caliditate spirituum constituuntur
 manifestum, quia à maiori aeris pulsione
 conficitur cachinnus ex E., minori verò
 cachinnus ex V. Amplius etiam maiori
 frigiditate spirituum pollutij, qui cachin-
 no ex V. cāchinnantur, minori verò, qui
 cachinno ex E. quia à maiore aeris curva
 pulsione constituitur V. ideoq. cachinnus
 ex V. minori verò E. quare cachinnus ex
 E. Patet enim magis submissam esse vo-
 cem V. quam E. Rursus quia maiori re-
 acta aeris pulsione conflatur I. atque ca-
 chinnus in I. resonans minori O. quare ca-
 chinnus ex O. minima autem A. eiusque
 cachinnus maiori simplici caliditate spiri-
 tum, nec frigiditati admixta conficitur
 I. indeq. cachinnus ex I. minori simplici
 caliditate spirituum, & frigido admixta
 fiet O. quare cachinnus ex O. minima sim-
 plici caliditate, & maiori frigiditati admi-
 xta constituetur A. eiusque cachinnus.
 Constat vtique emissionem aeris quanto
 ma-

go

magis accedit, recte aeris pulsioni, eò magis spirituum calidæ temperiei adhærere, quoniam tunc maximè distat à curua aeris pulsione, quæ motui deorsum accedit.

Quapropter eos, qui cachinno ex A. cachinnantur, spiritibus, qui caliditate, & frigiditate vigent, constare necessarium dumus; hi vero, qui cachinno ex O. cachinnantur, spiritibus constituentur, qui calidi prædominiū, & frigidi indeq. gradum aliquem habent; ij autem, qui cachinno ex I. spiritus habebunt, qui calidi prædominio, & nullo quasi frigidi gradu compunctionur.

Præterea, quia asperæ arteriæ expansione cōficitur cachinus ex A. sequitur, eos, qui cachinno ex A. cachinnantur, arteriā habere magis aptam expandi, quam constringi: quapropter eam humidæ temperiei esse congruum videtur, cum expansio ab humido oriatur, contra vero constrictio è sicco. Censendum similiter est, arteriam habere humidæ temperaturæ eos, qui cachinno ex V. cachinnantur, quia cachinus ex V. expansione etiam arteriæ, & hy-

ry-

ryngis efficitur; at qui cachinno ex E. cachinnantur, arteriam, vel laryngem sic et temperiei habebunt; quia cachinnus ex E. horum constrictione conficitur: Similiter qui cachinno ex O. vel ex I. arteriam, vel laryngem siccet temperiei obtinebunt, uterque enim cachinnus horum constrictione componitur.

Hæc omnia, quæ de cachinnis diximus, de cachinnizis etiam dici possunt, præcipue vero de simplicibus cachinnizis, ita ut inter cauñas quinque cachinos, & quinque etiam simplices cachinnizos componentes non nisi alterationis scilicet, augmentationis, & diminutionis differentia sit: cachinni enim augmentatione earundem causarum componuntur, simplices vero cachinnizi ex earundem diminutione.

Compositi autem cachinnizi ex mixtis his principijs constantes, mixta quidem principia, diminuta vero demonstrabunt; nimirum cachinnizus ex A. & ex O. spirituum calidam temperiem ostendet, & medium quandam siccitatem arteriarum, vel laryngis cum pauca frigiditate respectu eius sic-

siccitatis, frigiditatis, & caliditatis, quæ
cachinnum ex A. & cachinnum ex O. con-
stituunt. Cachinnizus verò ex A. & ex
I. respectu huius cachinnizi ex A. & ex O.
non nisi minus calidæ, minusque frigidæ
spiritum temperiem indicabit: Cachin-
nizus autem ex A. & ex E. spiritus, qui ca-
lidi habent prædominium, & frigi non
parum, & rufus prædominium frigidi, &
aliquid calidi cum pauca arteriæ, vel la-
ryngis humiditate: quare cachinnizus hic
spiritus quasi æquis gradibus calidi, & fri-
gidi, & arteriam, vel laryngem aliqua hu-
miditate significat; cachinnus ex A. & V.
humiditatis arteriæ, & laryngis maximam,
ac etiam quasi magis æqualem gradum fri-
gidi, & calidi in spirituum temperie deno-
tabit: Cachinnizus postea ex O. & ex I.
temperiem spirituum calidam, & minus
frigidam cachinnizo ex O. simplici, & ar-
teriæ, & laryngis maiorem siccitatem, quā
quæ à cachinno simplici ex O. denotatur,
& maiorem siccitatē, quam quæ à cachinno
ex I. cachinnizus verò ex O. & ex E. spiri-
tuum temperiem talem scilicet calidi, &
fri-

frigidi quasi æqualem gradum sortientem ostendit, at non ita æqualem, ut cachinnizus ex A. & ex V. cum siccitate tamen arteriæ, ac laryngis. Cachinnizus tandem ex O. & ex V. magis æqualem gradum frigidis, & calidi in spirituum temperie, minorem verò arteriæ, vel laryngis siccitatem, quam cachinnius ex O. simplex significat, & minorem etiam humiditatem, quam cachinnius ex V. simplex. Ex E. autem, & V. cachinnizus spirituum temperiem maximè frigidam, & minorem arteriæ siccitatem, quam cachinnizus simplex ex E. demonstrat, & minorem etiam arteriæ, vel laryngis humiditatem, quam cachinnizus ex V. simplex. Cachinnizus ex E. & ex I. spirituum temperiem parum calidam cum maxima siccitate arteriæ, vel laryngis. Cachinnizus tandem ex E. & ex V. spirituum temperiem valde frigidam cum minori siccitate, quam cachinnizus ex E. simplex connotat, & minori humiditate quam cachinnizus simplex ex V.

Cōgruum præterea ducimus posse argui, eos qui consonantia graui leni in cachinna-

mento

F

mento

mento vtuntur laryngem habere frigidę, & humidę temperie; dura. n. & fluida corpora, frigida, & humida esse constat; cum durum frigidam temperiem consequatur, & fluidum humidam. Similiter etiam eos, qui consonantia aspera graui cachinnantur, laryngem habere frigidę, & sicca temperie; patet vtique dura, & arida corpora frigida, & sicca esse, quia durum frigidum consequitur, & ariditas siccitatem. Pari etiam ratione accidit eos, qui consonantia leuilenii cachinnantur, laryngem habere calidę, & humidę temperie; mollia namq. & fluida corpora calidę, & humidę temperie; sunt, consequitur enim molle calidum, & asperum siccum.

Rursus argendum quoque videtur eos, qui saltationes cachinnamentis adiungunt partes corporis calidas habere, leuitas nāq. calidi.

Amplius eos, qui post cachinnamentum oscitātur partes corporis aliquos calidas, & humidas obtinere, quoniam aer, qui tunc progignatur ut diximus calidus, & humidus est.

Rur-

Rursus eos, qui tussi cachinnantur, partes cordi proprinquiores frigidæ, & siccæ habere probabile videtur, quoniam densus aer, gratia cuius tussis strepitus ille fit, frigidi, & siccæ plurimum in se habet.

Amplius eos, qui lacrymationibus cachinnantur, partes corporis aliquas calidas, & humidas obtinere, (quæ autem hæ sunt nunc nostrum inquirere non est) magis verò humidas, quam calidas, quoniam aer, ex quo lacrymatio emanat, plus humidæ, quam calidæ obtinet; aeris enim huius effectus lacrymationis ex ipso orientis major est, quam sum eiusdem ascensus, vel eiusdem expulsio.

Eos qui sternutamenta cachinnantis connectunt, cerebrum frigidæ, & siccæ temperiei habere oportet; quoniam pars, quæ sternutamentum efficit, frigida, & siccæ est.

Ceterū celer, vel tardum redditur cachinnamentum, quoniam partes corporis, quæ ad cachinnamenti constitutionem concurrunt, partim frigidæ sunt, partim calidæ: manifestum enim tenue corpus cali-

F 2 dum

dum esse, crassum, verò frigidum: Quapropter qui cachinnatione, vel cachinno, vel cachinnizo celeriter cachinnantur, partes corporis cachinnamentum facientes, inter quas est larynx calidas habebunt: simili-
ter etiam magis calidas partes habebunt iij, qui magis celeriter cachinnatione, vel ca-
chinno, vel cachinnizo cachinnantur; Contra autem eos, qui tardè his cachinna-
mentis cachinnantur, partes frigidas habe-
re consonum est, & similiter magis frigidas
obtinere eos, qui magis tardè his cachinna-
mentis cachinnantur.



PRO-

PROSPERI ALDORISII

τελεστορχονίας.

ΤΕΛΕΣΤΟΡΧΟΝΙΑΣ

PARS QUINTA.



OGNITA demum spirituum, & harum partium temperie nō difficile erit totius corporis temperamentum agnoscere; nam si spiritus plurimum habent calidi, & arteria, & larynx plurimum siccii, vtique corporis temperies calida, & secca disjūdicanda erit,

Illi igitur, qui cachinno ex A. cachinnantur, calidæ, & humidæ temperiei erunt; & ij, qui cachinno ex E. cachinnantur, frigidæ, & siccæ, ij autem, qui cachinno ex V. frigidæ, & humidæ temperiei corporis: & ij tandem, qui cachinno ex I. cachinnantur, calidam, & siccam temperiem ostendent; pariter ij, qui cachinno ex O. ca-

O. *cachinquantus.* Porrò sicutem, qui *cachinno* ex *A.* *cachinnatur*, non tam calidæ, & humidæ temperiei sunt, vt multum etiam frigidæ temperiei non habeant, qui verò *cachinno* ex *E.* *cachinnantur*, non ita frigidæ, & siccæ temperiei erunt, vt nec calidæ etiam sint, & iij, qui *cachinno* ex *I.* *cachinoantur*, temperiei plus siccæ, quàm calidæ erunt. Quippe qui *cachinno* ex *O.* *cachinnantur* plus calidæ, quàm siccæ temperiei: iij verò, qui *cachinno* ex *V.* *cachinnantur*, ita frigidæ, & humidæ temperiei erunt, ut parum calidi obtineant.

Ergo hi, qui *cachinno* ex *A.* *cachinnantur*, sanguinei dijudicabuntur, quoniam plus sanguinis, quàm bilis, aut melancholici habent: & hi qui *cachinno* ex *O.* *bilioſi*: similiter hi, qui *cachinno* ex *I.* Et hi, qui *cachinno* ex *E.* *melancholici*; *flegmatici* verò, qui *cachinno* ex *V.* *cachinnantur*. Amplius eos, qui *cachinno* ex *A.* *cachinnantur*, sanguinis semicocti prædominium in temperie habere censemus; quia præter calidi, & humidi prædominium non parum frigidi obtinent. At, qui *cachinno*

no ex E. cachinnantur, adustæ melancho-
liax in eorum temperie habebunt. Sed hi,
qui cachinno ex I. mordacis bilis prædomi-
nium quoniam plus siccii, quam calidi
obtinent; etenim mordacia esse corpora
ex asperitate, quam habent, & aspera ex
siccitate, qua funguatur clarum est.
Porro qui cachinno ex O. cachinnantur
bilia mitis, prædominium in sui temperie ha-
bebunt. Peculiare vero magis horum hu-
morum temperamentum ex consonantia,
ex celeritate, vel tarditate cachinnamenti,
& actionum concomitantia indagari po-
test. Dicendum etiam idem de ijs, qui
cachinnizis simplicibus cachinnantur.
Eorum vero, qui compositis cachinnizis
cachinnantur, temperies ex compositis his
humoribus constabit.

Si igitur qui cachinno ex O. vel ex I.
cachinnantur, calidæ, & siccæ temperiei
funt; primi erunt tertianis, ardentibus fe-
bribus, demum morbis cunctis ex bile, uti
Erysipeli, Erpeti, & confimilibus, quo-
niam plurimum amara bilis congregantur.
Qui vero cachinno ex V. cachinnantur,

quo-

quoniam temperiei frigidæ ; & humidæ sunt, facile tentantur febribus quotidianis, obstructionibus, somnolentijs, tumoribus. Qui verò cachinno ex A. cum calidæ , & humidæ temperiei sunt, propensi erunt ad synocham febrem, ad inflammationem vere dictâ, & cetera de genere hoc. At cachinno ex E. cachinnantes, quoniam frigidæ , & siccæ temperiei sunt, ad quartanam proclives, ad splenis tumores, ad melancholicas affectiones, ad spurias tertianas, ad maniam, ad hemorroides.

H̄i verò propensiones confirmari, & in particularem cognitionem duci possunt, & celeritate, vel tarditate cachinnamenti, ex consonantijs, & actionum copnexu. Creditur enim eos, qui frigidæ , & siccæ temperiei sunt, ad maniam, & ad alios morbos propensiores esse, & tarditate cachinnamenti, ex consonantia graui, aspera, ac etiam tussi, vel sternutamenti additione. Et similiter obnoxios esse eos, qui temperiei calidæ , & siccæ sunt, ardenteribus febribus, ex celeritate cachinnamenti, ex saltationibus, & ex consonantia leui, aspe-

aspera. Eos vero, qui frigidæ, & humidæ temperie sunt, obnoxios esse febribus quotidianis, obstructionibus, & consimilibus ex graui leni consonantia, & tarditate cachinnamenti, ac etiam ex lacrymationis adiuncto. Pariter, qui calidæ, & humidæ temperie sunt, synochæ febri, alijsq. morbis huiusmodi facilius subiicientur; idq. ex leui leni etiam consonantia, ex celeritate cachinnamenti, ac etiam ex oscitationis, & lacrymationis, & saltationis concomitania apparebit magis. Specificantur autem postea propensiones ad hos morbos, habita particulari consideratione harum omnium inuicem cauſarum, quam tamen omittimus. Etenim cachinnando tantum quoad presens philosophari datū est.



G


PRO-

42

PROSPERI ALDORISII

FABRICATOREKONNICAS.

PARS SEXTA.



VM certum sit animi mores corporis temperiem sequi, absurdum quippe non erit ex his temperamentis ita animi mores inquirere.

Quoniam calido operationes naturae à nobis exercentur, probabile est, hominem calidæ temperiei audacem esse; contra verò frigidæ timidum: calidæ enim temperiei homo appetet omnia operari, ita ut audax existimetur, cum audacia motus sit fortitudinis ad opus; quapropter iij, qui cachinno ex O. vel ex A. cachinnantur, quia calido abundant, patebit eos audaces esse. At qui cachinno ex E. vel ex V. cachinnantur, timidos esse, quoniam frigido: comprobari etiam id

id potest ex consonantia : nam si cachioni ex O. vel ex A. consonantia leuis erit, magis probabiliter argui potest, hos, qui ita cachinnantur, audaces esse, maxime autem si cachinnamentum etiam celer, ac si hi oscitationem, vel saltationem cachinnamento connectunt. Rursus quoniam ij, qui cachinno ex I. cachinnauntur, minori calido prædicti sunt, maiori vero qui cachinno ex O. vel ex A. consequens erit etiam eos minus audaces esse, quam hi; similiter quia plures frigidi habent qui cachinno ex V. cachinnantur, quam hi, qui cachinno ex E. magis timidos esse, quam hi. Amplius magis timidos esse qui cachinnatione cachinnantur, quam qui cachinno quolibet, vel cachinnizo: confirmari etiam potest ex graui consonantia, ex tardo cachinnamento, ac etiam ex tussi, vel sternutamentis, quæ cachinnamentum assoeiabuntur. Contrarium autem ex leui consonantia, ex celeritate cachinnamenti, ac oscitatione, vel lacrymatione, & saltatione.

Similiter idem de cachinnizis dicendum,

G z si

si enim temperies alicuius valde calida erit, ideoq. cachinno cachinnantis, is valde audax erit; si verò non tam calida, quare cachinnizo cachinnabitur, is audax, verùm non satis. Contra autem si affatim frigida alicuius temperies, quare cachinnantis, is valde timidus, contra si frigida tantum, vel parùm calida, quare cachinnizo cachinnantis, is non valde, respectu huius, timidus erit.

Hos autem, qui timidi dijudicantur, cogitabundos etiam esse censendum erit, quia timidi; contra autem, qui audaces existimantur, actiuos esse.

Similiter etiam timidos, pigros, ac desides, negligentes, quia minime actiui sunt; activitas namque à calido. Audacec verò, nec pigros, nec negligentes.

Amplius timidos, erubescentes fore, erubescientia enim ex timore fit. Contrarium autem audacibus accedit qui erubescentes minime.

Insuper quoniam timidi etiam cogitabundi sunt, disciplinabiles existimari videbuntur; contra verò qui audaces sunt.

Rufus

Rursus autem quia frigidū est: constipā-
 re, contrarium calidi; probabile est; eos, qui
 frigida temperie sunt conflati auaros esse;
 liberales autem qui calida temperie sunt:
 Infuper quia sicci munus est constringe-
 re, expandere. Verò humidi; ita probabi-
 liter argui potest, eos, qui siccæ temperici
 sunt, auaros esse, liberales verò, qui humili-
 dæ sunt naturæ. Eos verò, qui calidæ, &
 humili dæ temperiei, maximè liberales esse.
 E contra autem, qui frigidæ, & siccæ mu-
 nifestum etenim liberales esse eos, qui sua
 bona expandunt; auaros verò; qui bona
 sua constipant: quapropter sicuti siccæ, &
 frigidū est constipare, ita hominem consti-
 tuet, cuius munus erit bona constipare: ij
 igitur, qui cachinno cachinnantur, libera-
 les erunt. Qui verò cachinnizo auari: at
 qui cachinnatione auari admodum. Igi-
 tur ij etiam, qui cachinno ex A. cachinnā-
 tur, maximè liberales erunt, quoniam plu-
 rimū calidi, & humili habent; minùs au-
 tem, qui cachinno ex O. cachinnantur;
 quoniam et si ij calidi plurimum habeant,
 tamen siccæ abundant. Quare quoniam

plu-

plurimum siccum habent, qui cachinno ex I. cachinnantur, minimum autem calidi; arbitrandum eos magis auaros esse, quam liberales. Eos vero, qui cachinno ex E. cachinnantur, auaros esse. Minus aptem auaros, qui cachinno ex V. cachinpanuntur, quoniam et si plurimum frigidū habeant, constat tamen, hos humido non carere; quod etiam ex consonantia celeritate, vel tarditatem cachinnamenti, & etiam ex actionum concomitantia, confirmari, & significari potest; nam si iij, qui cachinno ex A. cachinnantur, consonantia leui leni videntur, vel celeriter cachinnantur, vel oscitationem, vel lacrymationem, & faltationem cachinnamento adiungunt, procul dubio maxime liberales erunt. Oppositum verò ex consonantia graui, aspera, tarditate cachinnamenti, & ruffissis, vel sternutamenti nexu, similiter idee de alijs determinandum videtur.

Amplius hi, qui calidi, & humidi sunt, edacees dijudicandi, quoniam cōcoctrix facultas in his viget; hæc verò ex calido, & humido est. Hi igitur, qui cachinno, vel

ca-

cachinno ex A. vel ex Q. cachinnantur
edaces erunt.

Insuper, quodammodo iij, qui calidæ temperie sunt, loquaces dijudicantur, quoniam attractice, & ex pulchritudine facultate pulmonis, & spirituum multitudine abundant, iceircò i. qui cachinno, vel cachinno ex O. vel ex A. cachinnantur loquaces erunt.

Rufus iij, qui frigidæ sunt temperie, inuidi, quoniam hi timidi, & minimè audaces; inuidia enim ex timideitate originem dicit, cum inuidi existimantur iij, qui timent, & non audent bona adipisci sicut alij. Contra autem constabit, eos, qui calidæ temperie sunt, minimè inuidos esse; quoniam hi audacet, & non timidi sunt. Quade re iij, qui cachinno ex E. vel ex V. cachinnantur, inuidi erunt; cōnotantur etiam ex consonantijs, & alijs accidentibus sicuti edaces, & loquaces, & alij cōprobari, & cōnotari possunt: si enim graui, aspera consonantia tarditate cachinnamenti, & tussis, vel sternutamenti concomitantia cachinnantur, vtique maiori ratione non solū inuidos, verum maxime inuidos esse, cōfabi-

sebitus : similiter si consonantia deus iehis
celeritate cachinnamenti , & lacrymatio-
ne , oscitacione , vel saltatione cachinnan-
tur , qui loquaces , vel edaces existimam-
tur ; utique loquacissimi , vel edacissimi
erunt .

Luxuriosi vero probabiliter dijudica-
buntur illi , qui calido , & humido abun-
dant , quoniam spermatis copiam habent .
Quapropter hi , qui cachinno ex A. cachin-
nantur , luxuriosi quidem erunt ; minus au-
tem qui cachinno ex O. cachinnantur , &
minime qui cachinno ex I. Contra vero ,
qui frigido , & sicco praediti sunt , non lu-
xuriosi dijudicabuntur . Quare iij. qui ca-
chinno ex E. vel ex V. cachinnantur , non
luxuriosi erunt : similiter etiam connotan-
tur , vel comprobantur ex ijs cachinnamē-
tis , quæ frigidam , & siccum temperiem ali-
quam ostendunt .

Probabile etiam est , eos , qui calidi , &
humidi prædominium habent , animo vo-
lubiles , & mobiles esse . Fixos vero , &
immutabiles , qui frigidi , & siccii sunt ; quo-
niam calidum mobile quidem est , immo-
bile

49

bile vero frigidum, & humidum, facile alieno termino terminatur, siccum vero minime: quare sicut calidum ipsum mobile est, hominem animo mobilem constituere consentaneum dicimus; sic et conquerio quoniam frigidum immobile est, ita hominem firmum, & animo immobilem efformabile quemadmodum humidum ipsum faciliter alieno termino terminatur, ita congruum est hominem cauflare, qui facile alienis voluntatibus terminetur, & sicut siccum non facile alieno termino terminatur, ita hominem constituet, qui non facile alienis voluntatibus terminetur; quare fixum, minimèq. volubilem. Eos igitur, qui cachinno ex A. cachinnantur, volubiles esse, ac leues animo affirmamus; quoniam, hinc calido, humidoq. abundant; minus autem, qui cachinno ex O. cachinnantur. E contra, qui cachinno ex E. cachinnantur, immobiles, ac fixos, & constantes animo esse.

Hi, qui mobiles, & volubiles, eadem ratione creduli, & persuasibles erunt. Sed

H in-

50

in ereditati, qui animo immobiles, fixi, & non volubiles confirmantur, & denotantur omnes hi ex leui leni consonantia, celeritate eachinnamenti, & lacrymatione, vel oscitatione ; contra autem animo mobiles ex graui aspera consonantia, tarditate eachinnamenti, & tussis, vel sternutatione connexu.

Sicut etiam frigidum, & sicco destruit, ac peruerit naturæ operationes, ita consonum est producere hominem, qui naturales operationes peruerat. Quare hic ad actiones, & vitia innaturalia inclinabitur, confirmatur etiam quoniam hi ad hæc vitia ideo proclives, quoniam naturales operationes odio habent, qua de reproductiones rerum naturaliter abhorrent. Hi verò qui tales sunt frigido, & sicco abundabunt quoniam frigido, & sicco rerum generationes destruuntur. Quapropter ij qui cachinno ex E. cachinantur quoniam frigido, & sicco exuberat, ad innaturales actiones propensi erunt, magis verò ij qui cachinnations cachinnatur,

51

minus autem qui cachinno exd. vel ex O. quoniam licet siccii habeant tamen frigido maximo carent, caloreq. abundant. Et similiter qui cachinno ex A. cachinnantur multo magis inclinabuntur, quoniam maiori calore, quam frigore præditis sunt. amplius etiam quia minus siccii habent, plurimum autem humidi; Id etiam præcipue ex consonantia graui aspera ex tarditate cachinnamenti, & ex tussi, & sternutamento, quæ frigidum, & siccum denotant confirmare conuenit.


Quoniam vero in his temperamentis, in quibus calidi, & frigidi, vel humidi, & siccii quasi æquale prædominium est, magna horum est alteratio, & frequens alternatio, sequitur, eos, qui simile temperamentum habent, impatiens, ac inquietos esse. Quapropter ij, qui cachinno ex A. & qui saltationibus cum tussi, vel sternutamento cachinnantur, tales erunt. Amplius etiam ij, qui cachionizis ex A. & ex E., vel qui ex A. & ex V. vel ex O. & ex E. cachinnantur.

H 2 Quo:

Quoniam qui calido , & sicco abundant
iracundi sunt, (facile enim in ijs vnio spiri-
tuum in corde fit) clarū est eos, ad vltiones
proclives, ac paratissimos esse . Quare,
eos, qui cachinno ex A. vel ex I. vel ex O.
cachinnantur , huiusmodi esse, probabile
videtur ; magis autem eos , qui cachinno
ex O. cachinnantur; quoniam vehemen-
tiori calido , & sicco compositi sunt, quam
hi, qui cachinno ex A.

Ceterū quoniam à frigido , & sicco
comprimuntur, & destruuntur omnia, à ca-
lido autem, & humido componuntur; argui-
icte circò potest, eos, qui frigidæ , & siccæ té-
pacia sunt, maledicos esse , ac obtrectato-
res. (maledici n. sunt ij, qui hominum bonas
qualitates , vel virtutes destruere cupiunt,
& loquela compriment.) Quapropter, ij,
qui cachinno ex E. cachinnantur, maledici
erunt; magis verò ij, qui cachinnatione ca-
chinnantur; minus, qui cachinno ex V. vel
ex I. quoniam, alter horum cachinnus hu-
miditate componitur, caliditate alter : ete-
nū calidas, & humiditas minimè maledi-
cos

eos homines efficit; hi verò comprobari, &
denotari etiam possunt ex graui aspera cō-
sonātia, tarditate cachinnamenti, ac etiam
ex tussi, & sternutamento: similiter etiam
de cachinnizis philosophandum est.



PRO

34

PROSPERI ALDORISII

Thesaurus.

PARS SEPTIMA.



OMO quia calido , & humido suas exerceat operationes naturales, ipsisq; etiā viuit, & viuendo per petuari cupit,cū tres itaq. calidi , & humidi gradus sint plures duobus , atque adeò superiores; is , qui tres gradus calidi , & humidi habebit erit eo, qui duos gradus calidi , & humidi habet natura superior , & similiter; quā obrem hūc,dignius,ac fortius ens vt perpetuabile dijudicabimus. At verò quia perpetuationis, vel conseruationis,vel alterius gratia debilius ens fertiori adhærere contēdit, ipsisq. adhærendo coniungi , sequitur , illud, & non aliud amore prosequi , è contra

trà, quoniam fortius ens debiliōri minime
adhærere querit, sequitur ut ad id aman-
dum non inclinentur; à pari debilis homo,
ut perpetuabilis (ita eloqui liceat) qui de-
biler suā naturales operationes exer-
cet, quia parūm calidi, & humidi obti-
net, illum diligere inclinabitur, qui ipso su-
perior est, & plus calidi, & humidi habet.
E conuerso autem minime hunc eum ama-
re, qui iāferior: quapropter inter hos non
reciprocus erit amor; reciprocus verò amor
inter eos accidit, qui nec ita superiores, nec
ita inferiores inuicem sunt: hi enim perpe-
tuationis, & conseruationis gratia inuicem
ob similitudinem coniungi cupiunt, indeq.
inter hos mutua oritur dilectio. Sequitur
verò siccō, eos, qui cachinno, vel cachin-
nizo ex O. vel ex A. vel ex I. cachinnan-
tur, inclinari, ut ab ijs, qui cachinno, vel
cachinnizo ex E. vel V. cachinnantur, non
amantes amentur; patet etenim à maiori
calido illos ita constitui, ut superiores ipsi
sint. Qua de re ob similitudinem calidi,
& humidi, qui cachinno ex A. ex I. ex O.

ca-

cachinnantur mutuo diligētur ; ab ijs verò, qui cachinno ex E. ex V. cachinnantur, minus mutuò diligi eos accidet , qui cachinno ex A. cachinnantur, cum ijs , qui cachinno no ex I. ac magis amare , quām amari eos, qui cachinno ex I. cachinnantur, quām qui cachinno ex A. quoniam illis hi superiores sunt; maiori enim calido, & humido prædicti sunt: in alijs verò , nec ita notabilis amoris differentia erit, quia non ita calidi, & humidi notabilis differētia est: notabilis autē erit differentia calidi , & humidi ex accidentibus, quę cachinnamentū comitantur; veluti consonantiae celeritas, vel tarditas, & actiones superius enarratæ : si enim leuis lenis consonantia in cachinnamēto erit, & si celer, vel oscitationibus , vel lacrymationibus ipsum comitetur, maioris calidi, & humidi demonstratio erit . Ex horum verò hominum propensionibus ad amorem, qui & ad quorum hominum amicitias proclives sint , indagari potest.

PRO-

PROSPERI ALDORISII

Tractatio nis.

P A R S O C T A V A.



V M verò calidum mobile sit, frigidum autem minimè, sequitur, eos spiritibus mobilioribus affluere, qui calidæ temperiei sunt: quapropter hos ingenio veloces esse censebimus. Contrà ingenio tardos, qui frigidæ temperaturæ. Amplius quoniam qui calidæ sunt temperiei, sensus habent acutos, quia spiritibus acutis pollut, calidi enim acuere est; è contra obtusos habent sensus, qui frigidæ temperiei sunt, quoniam obtusos, & minimè acutos spiritus obtainit; sequitur ergo, eos ingenio acutos esse, qui calidi sunt; obtusos autem qui frigidi.. Quapropter iij, qui cachinno, vel cachinnizo ex A. vel

I ex

ex O. vel ex I. cachinnantur; ingenio vēlōces erunt, ac etiam acuti: at qui cāchino, vel cāchinnizo ex V. vel ex E. cachinnantur, ingenio tardi, & obtusi, quoniam hi frigido abundant, illi verò calido. Confirmantur, & connotantur etiam, qui ingenio sunt tardi, & obtusi, ex graui consonantia, ex tarditate cachinnamentis, ac etiam ex tussi, vel sternutamenti: contra ingenio acuti, & veloces, ex celeritate cachinnamenti, ex letui consonantia, & oscitatione. Incirè, iij, qui veloces erunt ingenio, & acuti, ad dicenda scommata erunt apriores.

Quoniam etiam siccum densum est, nec terminabile termino alieno, humidū autem contra, & terminabile termino alieno; consequens est, homines siccæ temperiei, duræ seruicis esse, nec ea ingenij parte pollere, quām appræhensionem dieunt; verūt ea, quæ retentrix communiter appellatur: cōtrarium autem de ijs arbitrandum, qui humili erunt temperamenti: quamobrem, qui cachinnatione, cāchino, vel cāchinnizo, ex E. cachinnantur, valde memores erunt, quo-

quoniam iij siccō exuberant: similiter qui
cachinno, vel cachinnizo ex I. quod com-
probari, & connotari etiā potest, ex aspera
consonantia, tarditate cachinnamenti, &
tussi, vel sternutamentis: qui verò cachin-
no, vel cachinnizo, ex V. vel ex A. cachin-
nantur, ea ingenij parte, qua apprēhendi-
mus, prædictarunt, præcipue verò, si cele-
riter, & leni consonantia, aut lacrymatio-
ne, vel saltationibus cachinnantur, quoniam
frigidum corpus, durum quidem, & cras-
sum est, calidum verò molle, & tenue; evi-
dens erit, frigidum, quia durum, ita homi-
nem duræ cernicis cauſſare debere, qui ea
ingenij parte vigeat, quæ dicitur reten-
trix; & sicut corpus, quod est simpliciter
calidum, molle quidem est, ita ho-
minem ingenio mollem producere necesse
est, qui ea ingenij parte fruatur, qua apprē-
hendimus, nō autem qua retinemus; quam-
obrem, ij, qui calidæ, & siccæ temperiei
sunt, non minùs eos apprēhensione ingenij
excellēnt, quam retentione: ij igitur, qui
cachinno, vel cachinnizo ex O. vel ex I.
cachianizis compositis ex O. & ex I. & cō.

I a simi-

similibus cachinnantur, appræhensione, & retentione ingenij prædicti erunt; qui vero cachinno, vel cachinnizo ex I. cachinnantur, maiori retentione, quam appræhensione, & similiter qui cachinno ex O. & ex A. cachinnantur, maiori appræhensione, quam retentione; quoniam à maiori sicco, quam calido conficitur cachinus ex I. & à maiori calido, quam sicco cachinnizus ex O. & ex A. multòq. magis retentrice præualebunt, qui cachinno, vel cachinnizo ex E. cachinnantur; æqualiter autem, & retentrice, & appræhensiua, si celeriter, oscitationibus, saltationibus, lacrymationibus, vel consonantia leui leni cachinnabuntur; similiter de cachinnizis compositis dicendum est.



PRO-

PROSPERI ALDORISII

*Exhortationis de laudibus et utilitatibus
et virtutibus corporis et animae
humanae. Exhortationis de laudibus et utilitatibus
et virtutibus corporis et animae
humanae. Exhortationis de laudibus et utilitatibus
et virtutibus corporis et animae
humanae.*



VM nostrum vivere à calido, & humido initium ducat, vt humidū in diuturnam protéatur consumptionem, indeq. vita diutius exténdatur, non quanitate paueum, non qualitate aqueum, sed oleosum debet esse; si enim aqueus est, calorem extinguir, vti aquosum oleum lumen extinguere solet: diximus non paucū, quia pauci temporis spatio à calido cōsumitur.

Rursus, quoniā etiam à frigido, & sicco, calidum, & humidum, quo viuimus, conservantur; vniunt enim ipsa ita calidum hoc, ac ita extrinseco calido opponūtur, vt forte, ac sanum manuteneant: Vt igitur diu viuat homo calidi, & vntuosi humili

non

nō parum, ac frigidi, & siccī aliquid habere necessarium ducimus: quā propter qui cachinnationē, cachinno, vel cachinnaizo ex E. cachinnantur, longæ vitæ erunt, longioris autem, si leui leni consonantia, vel celeriter cum oscitatione, vel saltatione cachinnantur: similiter longæ erunt vitæ, qui cachinno ex A. vel ex O. cachinnantur; longiori verò; si his cachinnis tardæ, & consonantia graui aspera, cum tussi, vel sternutamento cachinnantur; pariter etiam, qui cachinnaizo ex A. & ex O. & qui cachinno ex A. & ex V. & confimilibus cachinnantur: breuis autem erunt vitæ, qui cachinno ex I. vel ex V. cachinnantur: similiter qui cachinnaizo ex O. & ex I. & qui cachinnaizo ex I. & ex V. & confimilibus breuioris verò; qui cachinnaizo ex I. vel ex V. breuissimæ autem, qui cachinnaizo ex I. celeriter, & leuem asperam consonantiam cachinnamento addone, vel qui cachionizo ex V. consonantia leui leni, tardè, vel cum lacrymatione, vel tussi, vel sternutamento cachinnantur.

PRO-

63.

PROSPERI ALDORISII

PARS DECIMA, ET ULTIMA


A in hominibus, etates
quatuor constituentes,
qua ex translatione nū-
cupamus, Ver., Aestas-
tem, Autumnum, &
Hiemem. Iure primam
hominum etatem no-
minabimus Ver, secundam Aestatem, ter-
tiam Autumnum, ultimam Hiemem; quia
terum progenies Vere pullulat, Aestate
perficitur, conseruatur Autumno, denum
Hieme destruitur amplius quia calida, &
humida prima hominum etas, secunda ca-
lida, & sicca, tertia frigida, & sicca, & po-
strema frigida, & humida, icoircò prima
etas erit Ver, secunda Aestas, tertia Au-
tumnus, quarta Hiems: patet enim,
Ver

Ver calidum, & humidum esse; Aestatem
calidam, & siccam; Autumnū frigidum,
& siccum, Hiemem vero frigidam, & hu-
midam: indeq. hominis ætatem octogena-
riam facientes; rationi consonum videtur,
vnamquaque ætatem viginti annorum spa-
tio terminari; verum longiora quamlibet
constituere, secundum similitudinem, quā
cum temperie hominis habet: quapropter
Ver, calidi, & humidi hominis, longius esse
Vere, frigidi, & humidi hominis, &c. Hinc
plus ultra vigesimum annū, Ver in calido,
& humido corpore terminari dicemus: idē
absurum nos erit, viginti quinq; annorum
spatio, ac etiam Aestatem in calido, & sicco
corpore, viginti quinq; annorum spatio, simi-
liter Autumnū in frigida, & siccā corpor-
is téperie, viginti quinque etiam annis ter-
minari, quare in frigido, & humido corpo-
re viginti quinque etiam annis Hiemem
claudi censemus: quapropter in singulis ho-
rum corporum, alias singulas ætates, in de-
cem, & octo annis, & mensibus tribus fi-
niri; mensis vero alios, qui remanent, iis
ætibus iungemus, quæ maiorem habebūc
con-

connexiōnē, vel similitudinē cum eas
ātate, cui dispositionis temperie gratia, an
nos quinque adiuximus. Sit enī oratio quis
calidæ, & humida temperie; qui ca-
chino, vel cachinnizo ex A. cachaetor;
primam huius ātatem Ver, usque ad vige-
simum quintum ātatis annum extendi di-
centes, secundā, Aestatem s. usque ad qua-
dragesimum secundum annum, & quatuor
mensēs, cum dīmīcio unius terminari aſce-
remus; Autumnum vero usque ad sexagesi-
num secundum annum, & tres mensēs: qua
de re Hiemēm usque ad octogesimum suę
ātatis annum, quia Hiems cum Vere ob
humiditatem, qual vigent, connexio-
nē, vel similitudinē quandam habent;
similiter Aestas cum Vere, ob caliditatem,
quā continent, sic circō Autumnum, qui nul-
lam cum Vere connexiōnē, vel simili-
dinē habet, de eccl. & novem annis, tri-
busq. mensib⁹ tantū, diximus claudi.

Ceterū quoniam horum temporum
spatijs alterantur temperamenta; proindēq.
mores, ac propensiones ad morbos, quæ ab
ipsis temperamētis emanant, diminuuntur,

K

ac

ac augentus. Sequitur quod qui eali-
da, & humidæ temperiei sunt, atque adeo
cachinno, vel cachinnizo ex A. cachinnan-
tes, magis propensi erunt in Veris ætate-
ad ea, quæ à calida, & humida temperie
pullulare supposuimus. Similiter magis
inclinabuntur in Aestatis ætate, qui calida, &
siccæ temperiei sunt, quamobrem cachin-
no, vel cachinnizo ex Q. vel I. cachinnan-
tes ad ea, quæ calidam, & siccam tempe-
riem consignificare asseruimus. Rarum
etiam ratione qui frigidæ, & humidæ sunt
temperiei, ut qui cachinno, vel cachinnizo
ex V. cachinnantur, in Hiemis ætate magis
propensi ad ea, quæ frigida, & humida té-
peries significat. Similiter, qui frigidæ, &
siccæ temperiei sunt, hinc cachinno, vel
cachinnizo ex E. cachinnantes, in Au-
tunni ætate magis proclives ad ea, quæ
frigida, & siccæ temperies connotat.



Imprimatur.

Petrus Antonius Ghibertus Locumt.

**M. Cornelius Tiroboſcus Prædicatorum
Ordinis Curiæ Archiep. Theol.**

N E A P O L I.

Apud Tarquinium Longum. 1611:

ପ୍ରକାଶକ

ବିଜୁଳିତ ମନ୍ଦିର ପାତ୍ର ପରିଷଦ

ମହାକାନ୍ତିକ ପାତ୍ର ପରିଷଦ
ପାତ୍ର ପରିଷଦ

ମାଧ୍ୟମିକ


ମାଧ୍ୟମିକ ପାତ୍ର ପରିଷଦ

fol. vers.

5	2	Sardonino	Sardonio
2	12	commixtio'	combinatio
5	16	cachinnarur	cachinnamur
8	5	redditam	redditum
8	6	columbellam	columellam
8	9	commixtio'	combinatio
14	13	oscitationi	oscitatione
24	6	hæc	hæc
30	8	dumus	ducimus
35	13	obtinent	obtinet
37	17	& id genus omne	& familiiter
40	13	Hi	Hæ
44	6	quare cachinnantis	quare cachinnatione cachin-
55	3	inclinetur	inclinetur (nantis)

Cetera corrigat lector.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100



PROSPER ALDORISIVS
EX EIVS IDENGRAPHICO NVNTIO
H A S T H E S E S
VT NOVAE SCIENTIAE IDENGRAPHIAE
P O T I S S I M A S
Publicè Romæ disputandas proponit.

I.

I. **Q**uemlibet hominem in scribendi operationem proprium, & peculiarem characterem sortiri procul-dubio censemus.

X X X I V .

II. Scribentium igitur omnium characteres differentes esse ex eo quia scribentes differentem sortiantur naturam.

X X X V .

III. Quapropter in scribendi operationem scribentium corpora influere, indeque elementa ex quibus corpora componuntur.

X X X V I .

IV. Operationem igitur scribendi ex instinctu & hominum placito originem habere, proindeque mistam dici actionem ex natura, & artifitio.

X L V I I I .

V. Hæc omnia elementa in scribendi operationem ita influere, vt suas motu styli seruent figuræ.

L I .

VI. Cum in temperamentis purum elementum assignari non possit puram, & absolutam perfectamque figuram circulare, vel piramidalē neutiquā in scripto charactere cōperiri.

L I I .

VII. Sicuti ex elementorum commissione temperies quædam pullulat mihi, & tibi propria: ita ex harum figurarum cursu characterem pullulare mihi, & tibi proprium.

L I I I .

VIII. Ex eo scripto charactere, qui à nobis secundum naturam nuncupatur, non solum quod elementum prædominium, vel subdominium habeat percipi posse, quam quod elementum tertium dominium, quodque ultimum gradum obtineat.

L I V .

IX. Ex determinatione quanti tantum figurarum, quæ mensura earundem habetur: ita elementorum quantitates per-scrutari, vt quilibet eorum gradus prædominij, vel inferio-ris dominij agnoscí possit.

L V .

X. Mensura hæc vniuscuiusque figuræ elementorum cum perdifficile sit, vt oculis percipiatur; instrumenta tamen comperiri asserimus, quæ huius mensuræ cognitionem de facili præbeant.

L X .

X I. Ex eadem elementorum constitutione, quæ ope IDEN-GRAPHIAE indagatur, inclinationes animi corporis, & fortunæ coniici posse.

L X I V .

X II. Ex peculiari elementorum constitutione elementorum peculiares alterationes cognosci.

L X V .

X III. Iccirco cognito elementorum qualis sit alteratio, spatiū temporis, quo ipsa perduratura est, siue terre sit, aquæ, aeris, vel ignis perscrutari.

L X V I .

X IV. Ex ordine, & peculiari constitutione elementorum inda-gari, quæ prior, quæve posterior vniuscuiusque elementi alteratio sit.

L X V I I .

X V. Quapropter elementorū alteratio ordinibus, & altera-tionibus eorundem vnius anni, vel duorum: tempora eu-en-tuum vnius anni, vel duorum coniisci posse.

L X X I I .

X VI. Nouam hanc scientiam à nobis inuentam, IDEN-GRPHIAM nuncupatam, habitum esse scientificum qualita-tes scribentis ex scripto, & natiali charactere determinandi.

O

G

16-470

